spiritu[a] fugere[b], per totam Iudeam — Ytaliam utique — filii ecclesie[c] trucidentur. Nero vero[d] ydolatrie cultum amplificans Petrum peremit in stipite et Paulum ad suggestionem[e] Symonis iugulavit. Duo isti signant duos ordines affuturos, de quibus Apoc.[f, 1]: *Dabo duobus testibus meis* — fidelibus[g] — *prophetare M ducentis sexaginta diebus;* quos puto ab eodem tuo postero reprobandos suadentibus Patarenis[h], et si locus iste sit non tam ad doctores ecclesie[i] quam ad[k] pontifices referendus[l]. Constantius[m] ad suadelam Arrii et[n] Sabellii non solum Greciam, set et[o] Ytaliam erronea doctrina fedavit; et quia necesse est, ut heres tuus Grecis adhereat, et secundum Sibillam[2] eius *ad Danaos* sit *volatus,* fidem procul dubio in dictis regionibus perturbabit.

Cosdroe rex Persarum, cui perditus Machometus[p] adhesit, crucem sanctam arripuit et in Christi contumeliam multa milia virginum in Thebaida et Egypto degentium ex vite dissolutione corrupit. Videat ipse posterus tuus[q], ne Machometica[r] labe respersus[s] quartum caput in sui[t] confusione possideat et ferrum, quod ex eo ducit[u] originem[3], in pedibus statue cum luto[4] conpingat. Daniel[v, 5] quoque[w] dicit[x], quod deum Maozin[y] venerabitur in loco sancto[z], quia sub Christiano nimirum[a] nomine deum excolet[b] alienum.

Henricus primus Alamannorum rex, a quo tu sextus Henricus inscriberis, quintum caput draconis optinuit[6], set quantum Romanam afflixit[c] ecclesiam, aquilonaris regio reseret[d], in qua, ut equari possit altissimo, posuit damp-

---

a) 'iterum' setzt zu R. b) 'effugere' B. c) 'ecce filii' R. d) 'quoque' R. e) 'sugiestonem' V. f) 'XI.' setzt zu R. g) 'fid.' fehlt R. — 'prophetarum' V; 'et prophetabunt diebus MCCLX amicti saccis' R nach der Vulg. h) 'paterinis' R. i) 'ecclesiarum' R. k) 'ad' fehlt V. l) 'referendum' VBR? m) 'Constantinus' R. n) 'atque' R. o) 'et' fehlt V. p) 'maomethus' V; 'mahometus' R. q) 'tuus' fehlt B; 'iste tuus post.' R. r) 'maomethica' V; 'mahometica' R; 'machumetana' B. s) 'conspersus' R. t) 'sua' B. u) 'duxit' B. v) 'Danihel' B. w) 'quidem' V. x) 'dicto' B. y) 'mahozī' R; Raum dafür leer gelassen B. z) 'suo' B mit der Vulg. a) 'nim.' fehlt R. b) 'excolat' B. c) 'afflixerit' R; 'romanum affl. ecclesia' B. d) 'referat' R.

1) 11, 3. Vgl. oben S. 156, N. 3. 2) Eritheam, N. A. XV, 167. XXX, 333. 3) Dan. 2, 40: 'Et regnum quartum erit velut ferrum'; oben S. 155, N. 1. 4) Dan. 2, 41: 'vidisti ferrum mistum testae ex luto'; cf. v. 43. 5) 11, 38. 6) In der ganzen pseudojoachitischen Litteratur ist Heinrich I. als Verfolger der Kirche mit Heinrich IV., den die Italiener den dritten nannten, verwechselt. Vgl. Interpret. in Jeremiam c. 4, ed. Colon. 1577. p. 8.